

absque ullo semine de terra oritur et dicit · Ego sum uermis et non homo · Percussit um
braculum quod desertum auxilio dī omnē
uirorem perdidit · Praecepitque dñs uen
to calido et urenti de quo prophetatur in o
see · Adducet urentem uentum dñs de de
serto ascendentem et siccabit uenas eius et
desolabit fontem eius · et aestuare coepit
ionas et iterum uelle mori in baptismate
cum israhele · et in lauacro recipiat hu
morem · quem in negatione perdiderat ·
Unde et petrus arentibus loquitur iudeis ·
penitentiam agite et baptizetur unus
quisque in nomine ihu xpi in remissi
onem peccatorum uestrorum et accipie
tis donum scī spī · Sunt qui uermem et
urentem uentum romanos intellegant
duces · qui post resurrectionem xpi uas
paentur deleuerunt ·

§ Et dixit dñs ad ionam putasne bene iras
§ ceris tu super hederam · et dixit bene
§ irascor ego usque ad mortem · LXX ·
§ Et dixit dñs dī ad ionam riualde contris
§ taris tu super cucurbita et ait · ualde
§ contristor ego usque ad mortem ·

Supra nineuitas agentibus paenitentiam et gentium urbe saluata · interrogatus id ipsum prophetā · Putasne bene irascaris tu · nihil respondit · sed interrogationem dī silentio com probauit · Sciens enim clementem esse dm · et misericordem et patientem et multae miserationis et ignoscentem malitiis super salute gentium non dolebat · Hic autem post insiccata cucurbita aruit et · et cum distinctione interrogatur · Bene irasceris tu super hedera · confidenter respondit et dixit; bene irascor ego uel contristor usque ad mortem; Nonne sic uolui saluare alios ut perirent alii · Non sic alienos lucri facerem ut meos perderē; Et reuera usque ad praesentem diem xps plangit hierusalem · et plangit usque ad mortem · Non suam sed iudaeorum · ut me riantur negantes et resurgant dī filium confitentes ·

§ Et dixit dñs tu doles super hedera in qua
§ non laborasti neque fecisti ut cresceret ·
§ quae sub una nocte nata est et una nocte
§ periit · et ego non parcam nineue ciuitati
§ magnae in qua sunt plusquam cxx ho
§ minum qui nescium quid sit inter dex
§ teram et sinistram suam et iumenta mul
§ ta · LXX · Et dixit dñs tu pepercisti sup
§ cucurbita pro quo non laborasti neque
§ nutristi eam · quae nata est in nocte et
§ in nocte periit · Ego autem non parcam
§ nineue ciuitati magnae · in qua habitant
§ plusquam XII uirorum qui ignorant
§ dextram et sinistram suam et pecora multa ·

Nimiae difficultatis est exponere quo modo iuxta tropologiam dicatur ad

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0240